

videlicet V. marche quas olauo nepotj meo nomine testamenti contulj pro anima mea et aliorum fidelium iuxta ordinacionem discreti virj dominj Wymundi prepositi Lincopensis In missis vigiliis psalteriis et aliis piis operibus expendantur. Aliis omnibus in dicto testamento contentis in suo robore duraturis In cuius rei testimonium Sigillum capituli ecclesie lincopensis vna cum sigillo ciuitatis eiusdem presentibus est appensum.

1312.

1300 d. 2 Maj.

Fånö.

FOLKE JONSSONS Förpantningsbref på 6 öresland jord i Telge i Frötuna socken, till Upsala domkyrka, för 50 mark gängse mynt, dem han blifvit skyldig för låntagne 10 läster spannemål, med tillstånd att fastigheten lagfara, derest skulden ej inom d. 25 derpå följande Nov. blifvit betald.

B. 2: 28.

Omnibus presentes litteras inspecturis, FULCO JONSSON salutem in domino sempiternam Notum esse volumus per presentes Nos mutuo recepisse et habuisse ab ecclesia vpsalensi decem lesta annone pro quinquaginta marchis denariorum monete currentis, pro quibus predium nostrum in villa telgium, parochie frötunum, videlicet sex oras terre exponimus & obligamus per presentes sub hac forma, quod si predictae sex ore terre, pro quinquaginta marchis denariorum in moneta nunc currenti, in quindena post festum sancti martini nunc proxima integraliter apud vpsaliam redempte non fuerint, ex tunc dictum predium, videlicet sex ore terre cadant in precium et solucionem debiti memoratj et domino ac possessioni dicte ecclesie vpsalensis approprientur pleno iure, resignantes in hoc longioris termini prorogacioni, ac omni excepcioni seu legum auxilio que nobis vel quibuslibet personis ad nos pertinentibus competere posset ad inpediendam seu contractandam obligacionem supradictam per nos factam, vt autem hec obligacio secundum terre leges et patrie consuetudinem sufficiens fiat in communi placitacione apud fulclans thingstad, super hiis dedimus fastones in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, datum fanø Anno domini M^oCCC^o in crastino apostolorum philippi et iacobi.

1313.

1300 d. 3 Maj.

Arnö.

Ärkebiskopen NILS ALLESSONS Vidimation af Påfliga Legaten Johans bref af den 22 Juli 1286.

A. 2. d.

Vniuersis presentes litteras Inspecturis, NICOLAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis salutem in domino sempiternam, Noueritis nos vi-

disse, et diligenter perspexisse infrascriptas litteras, non abolitas, non cancellatas, non rasas, nec in aliqua sui parte viciatas, quarum tenor per omnia talis erat, JOHANNES &c. *Se föregående N:o 942.* Datum apud arnø, anno domini. M^o.CCC^o, quinto Non. Majj.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1314.

1300 d. 3 Maj.

Arnö.

Ärkebiskopen NILS ALLESSONS vidimation af ett annat bemålde Påfliga Legats bref.

A. 2. d.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, NICOLAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Noueritis nos vidisse et diligenter perspexisse infrascriptas litteras, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, quarum tenor per omnia talis erat, JOHANNES &c. *Se föregående N:o 952.* In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Datum apud arnø. anno domini. M^o.CCC^o. Quinto Non. Majj.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1315.

1300 d. 21 Maj.

Sigtuna.

Provincial-Vicarien NILS's Förordnande, att det Breviarium, hvilket Thorer från Huddunge, såsom Munk, skänkt Sigtuna kloster, af honom i hans listid fick begagnas, men efter hans död, ehvar det fanns, skulle, utan att kunna afhändas, klostret tillfalla.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras inspecturis, frater NICOLAUS vicarius provincialis, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium notum facio quod frater thorirus de huddungi cum adhuc esset conuentualis siktunie, breuiarium suum ex quibusdam causis, assignauit communitati conuentus siktunensis, de licencia et approbacione fratris Israelis tunc prioris ibidem, jta quod quocumque loco eum assignari contingeret vel vbicumque mori, dictum breuiarium ad sepedictum conuentum pertineret et ad ipsum redire deberet., Ego igitur premissum factum cum beneplacito dicti fratris thorirri et eo presente approbans, et actoritate prioris provincialis qua fungor ratificans et confirmans, Testificor quod dictum breuiarium simpliciter absque potestate alienandi illud per fratrem thorirum, pertinet ad conuentum siktunensem, sed, dicti breuiarij vsus ad sepedictum fratrem thorirum pertinet, tempore